

SIGISMUNDUS TERTIUS DEI GRATIA REX POLONIÆ,

Magnus Dux Litvaniæ, Ruffiæ, Pruffiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, &c. nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex Significamus præfentibus Literis Noſtris quorum intereſt univerſis & ſingulis oblatas & exhibitas Nobis eſſe literas pergamineas ſanas, ſalvas omniq; ſuſpicionis nota carentes Sereniſſimi olim Sigifmundi Regis Poloniæ & Magni Ducatus Litvaniæ AVI & ANTECESSORIS Noſtri diſideratiſſimi manu ſubſcriptas & Sigillô Magni Ducatûs Litvaniæ communitas continentes in ſe approbationem Erektionis Eccleſiæ, ſeu Templi ſub Titulo Sanctæ Mariæ ad Nives in Civitate Noſtra Vilnenſi extra muros ſuper monte verſûs fluvium Velia ex ædificati donationemq; areæ pro eadem Eccleſia Monafterioq; Religioſorum Fratrum Ordinis Carmelitarum tunc ædificando, nec non foundationem certorum bonorum, ſeu prædiorum in iſſis literis ſpecificatorum pro eadem Eccleſia & Monafterio a Magnifico NICOLAO NICOLII RADZIWIŁOWICZ olim Palatino Vilnenſi Cancellario Magni Ducatus Litvaniæ Jure perpetuô factæ tum etiã ab eadem ipſa Regia Majeſtate pro victu & ſuſtentatione eorundem Religioſorum ad dictam Eccleſiam habitantium donationem perpetuam certorum bonorum. Fundorum, Tabernarum Subditorum prout in iſſis Literis ſunt ſpecificata factam, Quas quidẽ literas ut authoritate quoq; noſtra conformare, approbare & ratificare dignaremur, ſupplicatum nobis nomine eorundem Religioſorum Fratrum Ordinis Carmelitarum prædicti Monafterii Sanctæ Mariæ ad Nives Vilnenſis. Quarum quidẽ literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam SIGISMUNDUS DEI GRATIA Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Ruffiæ, Pruffiæq; &c. Dominus & Heres ſignificamus tenore præſentium notitiam habituris, qualiter Magnificus NICOLAUS RADZIWIŁOWICZ Palatinus Vilnenſis ac Cancellarius Magni Ducatus Noſtri Litvaniæ ſincerè Nobis dilectus deduxit ad notitiam noſtram, quod ipſe ob devotionem ſingularem ad Virginem Glorioſam DEI Genitricem ac ob memorabilem victoriam in ejus die Feſto Nivium tempore felicis memoriæ Regis Alexandri Germani noſtri apud Klecko de Tartaris reportatam, Baſilicam, ſeu Templum ſub Titulo Sanctæ Mariæ Nivis ſuper Monte verſûs navigium fluvii Villæ ſuis impenſis fieri & conſtrui procuravit totumq; ſpatium illud ſivè Aream ad ſe ac Conjugem ſuam Eliſabet jure hæreditario

*Correctum
p. v. p. S. m. l. v. t.*

tario spectantem deputavit pro domo sive clauſtro ac Monasterio ædificando. Quoniam accepit & posuit Viros Religiosos Fratres Ordinis Sanctæ Mariæ Cannelitarum, cui quidem monasterio sive Conventui Fratrum illic commorantium ipse Dominus Nicolaus Palatinus dedit perpetuoq; inscripsit quoddam fundum sive prædium ac possessionem in Parochia Rudominensis terras videlicet Petraschowſzczyzna & Owłaszczewczyzna quas terras quidam Nieczowicz vigore donationis per Regem Alexandrum Germanum nostrum sibi factæ quondam possedit una cum aliis terris addictum prædium per eundem coemptis & comparatis easdemq; terras ac prædium Tutores puerorum præfati Michno videlicet Vincentius Aurifaber & Nicolaus Boczka vendiderunt ipsi Domino Nicolao Palatino, eidem literas suas in Ruthenico scriptas, quas vidimus & audivimus volentes ipsas hic pro insertis habere super hujus modi contractu venditionis dederunt. Quam venditionem & emptionem simul etiam donationem supradictarum terrarum sicut præmittitur factam Ecclesiæ & Conventui Monasterii memorati ad postulata dicti Domini Nicolai Palatini duximus confirmandas confirmamus, ratificamus, ac roboramus per præsentis. Nos deniq; adesse pio operi meritorum censentes quo in ipsa Ecclesia dicti Monasterii tanto diligentius debitæ laudes & gratiarum actiones Omnipotenti DEO jugiter exolvantur & locus idem majori devotionis fervore à Christi fidelibus frequentetur, *addimus dictæ Ecclesiæ Sanctæ MARIÆ Nivis ac Conventui pro sustentatione & victu Fratrum ibidem commorantium in primis in eodem monte juxta Monasterium usq; ad later officinas Episcopales, locum sive spatium Odolidomſzczyzna nuncupatum pro construendis quatuor aut pluribus Domibus in quibus consentibus damus ac largimur per presentes quatuor tabernas tenendas cum propinationibus Cerevisiæ, Medonis, Vini sublimati & aliorum potagiorum censumq; & alias utilitates ex iisdem tabernis absque cujusvis impedimento pro monasterio ac Conventu supra dicto exigens totale non & principiendi. Adidimus etiam eidem Ecclesiæ & Conventui in Districtu Rudominensi duos homines Villanos sive Cmetones nostros ex Nomine BOHDANUM GRYCZEWICZ, & JOANNEM STYPEYKOWICZ, cum pueris & successoribus eorundem terrisq; cultis & excellendis sylvis & gais pratis ita late ac longe prout in suis limitibus continentur & cum universis spectantiis ac servitiis prout hactenus servierunt, ad hæc addimus ibidem in Districtu Rudominensi terras desertas ex nomine Owłaschowſzczyzna & Mozowſzczyzna & prædiolum Moczelewſzczy-*

lewſzczyzna nuncupatum, alias Niekraſzewſzczyzna Ptout hoc
ipſum prædiolum cum terris pratis ſylvis gais & aliis omnib9 Niekraſzek
piſtor quondam poſſedit. In quorum omnium ſupradictorum teſtimo-
nium ac perpetuæ firmitatis robur præſentes literas ſigilli noſtri ap-
penſione juſſimus communiri, Actum & datum Vilnæ FERIA Quinta
infra Octavam Viſitationis Virginis Glorie Annò Domini Milleſi-
mo Quingentefimo quarto Decimo Præſentibus Magnificis ac Gene-
roſis GEORGIO STANISLAI OSTUCHOWICZ Palatino Trocen-
ſi ac Curiz Mareſchalco STANISLAO JANOWICZ Caſtellano Tro-
cenſi & Capitaneo terræ Samogitiæ, JOANNI NICOLAI RADZI-
WIŁOWICZ Mareſchalco Supremo Litvaniæ & Capitaneo ſtoni-
menſi, ALBERTO GESTOWID Palatino Polocenſi & Capitaneo Al-
banenſi alias Biolſienſi, JACOBO KMICOWICZ Magiſtro, alias E-
queſtri Capitaneo in Lepanii & Wolkiniki Cæteriſq; Dignitariis Of-
ficialibus & curien: noſtris circa præmiſſa per manus Venerabilis A-
DAM JAKUBOWICZ Canonici Vilnenſis Secretarii noſtri, qui præ-
ſentia habuit in Commiſſis SIGISMUNDUS REX, Nos itaq; Rex
prænominatus ex Zelo pietatis & à præcipuo Noſtro in cultum DEI
honoremq; DEI-paræ Virginis promovendum ſtudio faciendum no-
bis eſſe duximus & perinſertas literas in omnibus earum punctis clau-
ſulis Articulis approbaremus & confirmaremus & ratificaremus uti
quidem approbamus, confirmamus & ratificamus præſentibus literis
Noſtris volentes & decernentes eaſdem litetas ac omnia in eis conten-
ta vim ac robur debitæ firmitatis obtinere debere perpetuis tempo-
ribus. Datum Varſaviæ Die Trigeſima Prima Menſis Julii Annò
Milleſimo Sexcentefimo Regnorum Noſtrorum Poloniæ Vigefimo
Septimo Sveciæ Annò Vigefimo primo.

SIGISMUNDUS REX

*Euſtachius Wollowicz Præpoſitus
Trocenſis Notarius Magni Du-
catus Litvaniæ mppr.*

1514 Febr 5
infra Octavam

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

MAMMILLARIA
NICOLAI
Faint, illegible text in the middle section of the page, including the name 'NICOLAI'.

20

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.